



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**De Statv Religionis Christianae, Per Evropam, Asiam,  
Africam, Et Orbem Nouum, Libri IV.**

**Le Mire, Aubert**

**Coloniae Agrippinae, 1619**

Cap. XV. De Melita insula.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11108**

## CAPVT XIV.

## DE REGNO CORSICAE.

**C**ORSICA Insula maris Ligustici, Regio titulo illustris spectat ad Rem pub. Genuensem. Iuxta Philippum Ferrarium, in Notis ad Martyrologium Romanum, sunt in ea hodie sedes quinque Episcopales, *Mariana, Aleria, Nebium, Sagona & Adiacium*, omnes solo æquatæ, præter Adiacum. Præfectus insulæ residet Bastie, quæ vrbs munita egregiè est; ut & fanum S. Florentij, Caluia, & Bonifacium. Ita Ferrarius. Alij dicunt hodie sex Episcopos in Corsica numerari, Marianensem, Nebensem, & Acciensē, qui Archiepiscopo Genuensi; Aleriensem, Sagonensem & Adiaciensem, qui Archiepiscopo Pisano sunt suffraganei. Vtramque opinionem facile est conciliare: eò quòd Acciensis sedes, à Ferrario omissa, sit vnta cum Marianensi: ut vir eruditus me monuit.

## CAPVT XV.

## DE MELITA INSULA.

**M**ELITA, insula maris Siculi, naufragio D. Pauli nota, sedes est E-

C 5 qui-

quitum Ioannitarum seu Rhodiorum: de quibus vide Origines nostras Equestres. In insula vrbs est, quæ Episcopum habet, Panormitano in Sicilia Archiepiscopo suffraganeum.

In eadem vrbe Societas Iesu insigne possidet Collegium.

Melitenses porrò Equites perpetuum contra Turcas bellum alunt, & triremibus aliquot egregie instructis Christiani nominis hostes assiduè laceffunt. De rebus præclarè gestis per Ioannitas, insigne volumen post alios annis superioribus Bosius publicauit.

## C A P V T X VI.

## HISPANIARVM STATVS.

**H**Ispания prima à Romanis tēata quidem, sed vltima prouinciarum subacta, eisdem usque ad annum salutis quadringentesimum decimum paruit. Quo tempore, cùm Imperiū iam declinaret, Vandali, Suevi, & Alani, à Gothis ex Gallia pulsati, montes Pyrenæos transierunt, & Hispaniam Romanis ereptam multis annis tenuerunt. Sed Goths à Franc's ex Gallia eiecti, vicissim Vandalos & Alanos eicerunt, Suevos autem ad internacionem ceciderunt.

Hispania itaque longo tempore Gothis paruit, à quibus hodieque præcipuae inter Hispa-